

monasterii vel monachis sub libertate^a euangelica regio munere Emmo.
 seu a quibuslibet christianis in agris, mancipiis, vineis, silvis,
 aurum argentumve^b, vestibis vel quibuslibet speciebus ad Aud.
 praedictum monasterium pertinentibus a^c quibuslibet
 5 conlatis aut deinceps conlatura sunt saepedictus monasterius^d
 vel monachi ibidem degentes^e, vitae nostrae temporibus seu
 successorum nostrorum^f nec ego nec ullus sibi pontifex aut
 aliquis ex ordine clericorum, ordinator^g Ambianensis eccle-
 siae suis usibus usurpare aut minorare^h aut ad civitatem ali-
 10 quasⁱ species deferre^k praesumat, sed sub omni libertate vel
 emunitate saepedictus monasterius vel monachi ibidem con-
 sistentes possideant.

(7). Altaria^l ad saepedictum monasterium vel Emmo.
 tabulae, si defuerint, episcopus Ambianensis ecclesiae in Dei
 15 nomine benedicat et chrisma sanctum conficiat^m, annis singulis
 pro reverentia sanctorum sine ullo premio muneris causa concedat.

(8). Et quod ad ipsum monasteriumⁿ in Dei nomine Aud.
 fuerit oblatum vel a quocumque, Deo inspirante, transmissum,
 nihil sibi exinde pontifex aut eius archidiaconus aut quislibet
 20 ordinator ecclesiae audeat vindicare.

(9). Nec^o ad praefatum monasterium accedere nec in ib.
 agris ipsius convivia ego vel pontifices successores nostri vel
 archidiaconus^p aut quislibet ordinator ecclesiae Ambianensis
 praeparare^q praesumat, nisi ab abbate saepedicti monasterii
 25 spontanea voluntate fuerit rogatus.

(10). Et cum abbas fuerit de saeculo isto evocatus, Emmo.
 quem unanimiter congregatio ipsius monasterii ex semet
 ipsis bonum et dignum elegerint, data auctoritate a prae-
 fato principe vel eius successoribus, a^r nobis vel succes-
 30 soribus nostris absque ullo commodo secundum sanctos canones
 ordinetur.

a) ita E; religione B. b) ita c. cum A; auro argento vel v. Lev.
 c) a q. c. aut d. ex recentioribus codicibus in notis attulit Lev., om.
 in textu; adsunt etiam in c., id quod ipsum fugit, atque similia leguntur
 35 in B. E. A: aut (vel A) ceteris rebus collata (collatis A) aut (vel E) d.
 d) quae ad ipsum monasterium sunt conlate infra tit. 12. e) praesentis
 add. B. E; presenti vita nostris t. A. f) libere optineant add. Lev.
 (om. Pard.); om. c. cum B. E. A. g) ita A; ordinatores c. (v. infra tit. 12);
 om. Lev. in textu. h) ita E; minuere B. A. i) aliqua specie A.
 40 k) non add. A. l) titulos 7. et 11. in unum coegit Burgundofaro,
 cuiuslibet episcopi arcessendi facultatem monachis reservans; utrumque om. A.
 m) sine precio et add. Lev.; om. c. cum E. n) ad ipso altario A.
 o) hunc titulum om. B. E. p) archidiaconus c. (i. e. archidiaconus neque
 archidiaconum, sicut temere contendit Lev.). q) non add. A. r) sibi
 45 seniore instituant Burgundofaro; totum titulum om. A.